



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispartita

Dominicus

Francofurti, 1613

Aratio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Carasch, arauit, exarauit, & proprie significat exarando protrahere fulcos seu lineas in agro.

§ DIVISIO.

Aratio duplex est: Vernalis & Autumnalis. Idem ibidem.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Arationes & fossationes in genere quatuor conferunt utilitates. Prima est terræ apertio: Secunda est adæquatio: Tertia agri commixtio: Quarta continuatio. Albert. Mag. de veget. & plant. lib. 7. tract. 1. cap. 4.

Arationi tempus congruum non est tempus siccitatis extremæ: sed cum parum mollita est terra. ibid. cap. 5.

Arationes quatuor conueniunt terræ forti & glutinosæ, & adulterinis herbis repletæ: Vna porosæ, subtili & mundæ. Idem ibidem, cap. 4.

Vide Agriculturam.

Arbiter, Arbitrium.

§ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

ARBITER, Græcè κριτής, iudex, dici potest, & est ille, qui eligitur, vt iudex, scilicet vt procedat seruato in substantialibus ordine iudicij. secundum Innocent. in cap. Quint. auall. de iur. iur.

Arbiter dicitur iudex, quod rotius rei habeat arbitrium & facultatem. Pomp. Fes. de verb. signif.

Arbitrarium cum adhuc res apud arbitrum geritur. Idem ibidem.

Arbitrium dicitur sententiâ, quæ ab arbitro statuitur. Idem Pomp. Fes.

Arbiter, seu iudex Hebr. dicitur Pellî, qui in appellatione diiudicat controversias forensis. Pellim numero plurali, de quibus vide Exod. 21. 22. Deuteron. 32. v. 31. Job. 31. 11. à verbo Pellê, appellauit, in ius compellauit, interpellauit, prouocauit ad iudicem. Hinc latinum appello, compello, &c. Arbitrium seu sententiâ iudicis Pellê, Isai. 15. 3. Appellatio ad iudicem Pellij. Isai. 28. 7.

§ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Arbiter æquum magis intuetur, iudex legem. Aristot. Rhetor. vic. 2.

Arbitrium nostrum liberum est in agendo, & in deliberando. Alex. Aphrod. 2. de uni. c. 25.

Arbitrio nostro, id est cuius quoque oppositum eligere contingebat eum qui hoc eligit. Idem ibidem, c. 35.

Arbitrium hominis liberum non in præteritis, nec de præsentibus est, sed de futuris & contingentibus, de quibus etiam deliberatio est. Idem ibidem, c. 56.

Arbitrium liberum esse, penitentia post quasdam res gestas facile ostendit. ibidem.

Arbitrium liberum est facultas rationis & voluntatis, Alberto Magno de anima. tract. 4. c. 10.

Arbitrium liberum non est eligentia, sed est ratio, vt arbitrans arbitrio, quo quidem constituitur ad faciendum, quod vult. Idem Ethic. 3. tract. 1. c. 16.

Vide tit. de Iudice.

Arcanum.

§ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

ARCANUM, Secretum, absconditum, occultum, ab arca, in qua quæ recondita sunt, alijs incognita manent. Hebr. Sodh, quod & Concilium seu Senatum significat. Et quia seniorum vel senatorum deliberationes secreta sunt, vel esse debent, Sodh, pro arcano, mysterio, sacramento sumitur. Cognationem habet cum Isid. fundauit: nam consilium & arcanum est fundamentum rerum recte agendarum. Vide Psalm. 55. 15. Prouerb. 25. 8. Gen. 49. 6. Job. 15. v. 8. Ierem. 23. 18. 22. Ezech. 13. 9. Græc. ἀρκανόν. Arcanum etiam potest ab arce dici, quæ tutissima pars urbis est, frequens huius vocis apud Poetas mentio. Homerus de sapiente dicit, cuius dicta pennis carere.

§ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

SERMONVM deposita fidelius, quam pecuniarum custodito. Oportet enim viros bonos in exsistimatione esse, quod mores & vitam, vel iureiurando fideliores constantioresque præsent. Isocr. ad Demo.

Arcanum pluribus auribus, quam vni commissum multifariam erumpit, amissioq; arcani nomine fama celebris dici debet. Nicoph.

§ APOPTHEGMA.

Thales frequenter dicere solebat: Vide ne in iustis contra coniunctos tibi ac socios dictus. Laert. lib. 1. c. 1. Aristoteles interrogatus, quidnam in vita difficillimum Tacere, inquit, quæ dicenda non sunt. Ibidem. Euripides quum malè audiret ab hominibus obortiam: Multa, inquit, in illo occulta computeruntur. Eng. l. 9. apoph.

Philippides Comicus Lyfimacho cum primis chara familiaris: cui cum Lyfimachus offerret liberalitatem suam, iter diceret: quid vis tibi impertiam rerum mearum: quod voles, inquit, modo ne arcani quippiam. Plut. arcan.

Vide infra plura sub titulo Taciturnitatis & Silentij.

§ PROFANA EXEMPLA.

Per sarcana regum mira celant fide: non metus, non timor vocem qua prodantur occulta: vetus disciplina regum, vita periculo sanxerat. Lingua grauius caligatur, quum probrum: nec magnam rem sustineri posse credunt ab coarere graue sit, quod homini facillimum voluerit esse natura.

Tarce noctu quendam comprehendit de Baldis Draconibus castra impetum fecerat, militibus deduxerat ad Mahum Imperatorem, qui eum interrogauit: Quisnam, & cuius filius veniat? Qui vbi ad singula respondit, tandem iustus esse sciret vbi nam Baldus Draconis princeps moraretur. Interrogauit quidem quæ scire expectant, exacte nosse, verum nunquam certiarum, adeo metuere se virum illum. Mortem interuenire geminauit, non audere se quicquam eorum profan. Magnam admiratio viri constantiam, eum continuo necauit: dicens iste exercitum haberet memorabilem, non dubito quum magnam claritatem euaderet. Chalcondylas l. 9.

Vide Silentium, Taciturnitatem.

Architectura.

§ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

ARCHITECTURA est scientia ædificandi: unde architecti dicuntur, qui ædificandi scientiam ab æπὶσθῆς, quod est principium, & τειχωνισσῶν, a teuribus.

Architectus dicitur, qui de omnibus præcipit, & statuit. 7. Ethic. c. 10.

Architectus est ille, cuius præscripto ad domum extruenda faber accingit. Arist. moral. c. 2.

Architectus operationum princeps est, non operatur, & præcauit, singulis operarijs demandet quod commodum deo commissum absoluerint. Plut. de regno.

Architecturam plurimis mensuris ac instrumentis vniuersæ quæ multam sibi certitudinem exhibent artificiosorum multis artibus efficiunt. Idem in Philebo.

Architecturæ Ægyptij inuentorem Vulcanum athenarum regno Mercurio successit, alij De dalm inuentorem facit. Viri de Repub. l. 1. c. 9.

Hebreis Banah significat ædificauit, extruxit, instrumentarium. Rab. Habonim, magister ædificiorum seu ædificatorum Gen. 11. 5. Chron. 22. n. Plal. 122. & Plal. 118. Ædificantes tecti vocantur Habbonim, apud Isaiam cap. 3. v. 3. Architecturam Rab. Charaschim, Magister fabricatorum, vel vna voce Charaschim, qui opera sua ordine disponit: verbo Charaschim protraxit lineas seu fulcos in agro. Quod enim arator in ædificiorum structura præstat peritus Architectus.

§ APOPTHEGMA.

Veneri, Sebastiani Ziani ducis auspicio ex Constantinopoli vrbe Architectum in lignæ accesserant, ad extruendum Marcæ ædem. Præter amplissima munera etiam marmoream tuam in augustissimo templi loco sibi poni Græcus honorabat. Assenserunt Patres. Iam se ab absoluto opere, nimia laborum patribus imprudens fastus est, se quidem multo celeberrimum ipsum fuisse extructurum, nisi inter ipsum opus occurreret, quæ illum prudentiorem fecissent. Ad quem fabricatorum Ergo nos quoque de statu ponenda prudentiores reddimus, itaque in vestri buli fronte marmoream statum collocamus, ad os obiecta, quasi illum dicti sui penitenter. Egnat. lib. 4. c. 1.

§ SCRIPTORES.

De origine Architecturæ Polydorus 3. 7. De Architectura Vitruuij lib. 10. Iacob. Iohannides Vitruuium collatis exemplis.